non ſunt Baptizandi, niſi vitæ periculum
immineat. Cum autem imminet, ſi ãtequam
furere, aut inſanire cœperint, ſuſcipien-
di Baptiſmum ſignificationem dederunt,
Baptizandi ſunt : ſin minus, ab ad-
miniſtratione Baptiſmi abſtinendum eſt.
Idem ſentiendum eſt de dormientibus.
Ex Catechiſ. & de Baptiſ. c. Maiores. §. fin.
Quod ſi fuerint perpetuo amentes, & ratio
nis expertes Baptizandi ſunt, in fide Ec-
cleſię, non ſecus ac infantes. Suadeat Paro
chus, vt nomen alicuius Sancti ſemper im-
ponatur Baptizato ex Catechiſmo: vt excel-
lentis virtutis, & Sanctitatis imitatione, ad
Chriſti pietatem animus eius excitet. Spe-
retque ſibi eum Patronum fore, ad omnes
animę, & corporis moleſtias ſuperandas.

50 ¶ Sed eſt dubium. Si in Inſulis, & nouis
conuerſionibus, vbi paucitas eſt Sacerdotũ,
Diaconi poſſint excõmiſſione Epiſcopi aut
presbyteri ſollemniter Baptizare? Iam enim
contigit in Inſulis Philipinis Clericum Dia
conum Fratrem noſtrum propter Sacerdo-
tum penuriam pręfectum fuiſſe Inſulæ cui
nomen Mindoro, & id ſæpe contingere poſ
ſe, non eſt dubium: qua propter merito pro